



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**P. Virgilii Maronis Aliorvmqve Poetarvm Opvscvla, Sive  
Lvsvs**

**Vergilius Maro, Publius**

**Antverpiae, 1566**

De Iride Tristicha.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69268](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69268)

*Sustinet unda rotam, patula modò pernia puppis:  
Vt concreta gelu marmoris instar habet.*

*Quas modò plausta premunt undas, ratis ante seca-  
Postquam brumali dirigere gelu. (bat: 5)*

*Vnda rotam patitur, celerem nunc passa carinam:  
In glaciem solidam versus ut amnis abit.*

*Quæ solita est ferre unda rateis, fit pernia plaustris:  
Vt stetit in glaciem marmore versa nouo. 10*

*Semita fit plausto, quæ puppis adunca cucurrit:  
Postquam frigoribus bruma coëgit aquas.*

*Orbita signat iter, modò quæ cauus aluens exit:  
Strinxit aquas tenues ut glacialis hiems. 15*

*Amnis iter planstro dat, qui dedit antè carinæ:  
Duruit ut ventis unda, fit apta rotis.*

*Plausta boues ducunt, quæ remis acta carina est,  
Postquam diriguit crassus in amne liquor. 20*

*Vnda capax ratiūm plaustris iter algida præbet:  
Frigoribus fœuis ut stetit amnis iners.*

*Plausta viam carpunt, quæ puppes ire solebant,  
Frigidus ut Boreas obstupefecit aquas. 25*

## DE IRIDE TRISTICHA.

*T'haumantis proles varianti veste figuræ,  
Multicolor picto per nubila deuolat arcu:  
Cum Sol ardenteis radios in nubila iecit.  
Cum 30*

Cum Sol horrifico nimbos fulgore replenit:  
Apparet varijs radijs distincta coloris  
Iris, & insigni decorat curuamine calum.

5 Clara sub aethereis fulget Thaumantia proles  
Nubibus, ut radijs pluuium Sol attigit imbre,  
Et picturato calum velamine cingit.

Discolor aethereis apparet nubibus Iris:  
10 Postquam flammiferi rapuerunt lumina Solis,  
Et calum varijs miranda coloribus ornat.

Imbriferas nubeis radijs ubi contigerit Sol:  
Luce sub aduersa varios iacit unda colores:  
Dicitur haec Iris picto spectantibus arcu.

15 Dum nubes radijs tetigit fulgentibus atras  
Phœbus, & aduerso lumen resplenduit imbris;  
Tunc Iris vario circundat nubila cinctu.

Mirifico nubes ambit Thaumante creata:  
20 Quas cum ex aduerso tetigit rotæ fulgida Solis,  
Tum iacit insignis per nubila densa colores.

Nuntia Iunonis vario decorata colore,  
Aethera nubificum complectitur orbe decore:  
25 Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

Nubila cum Phœbus perfudit lumine claro:  
Tum fit ut humor aquæ suffulgeat, atque colores  
Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.

30 Cum radijs imbræ, & aquarum pendulus humor  
Frangitur: apparet, quam Græcia nominat, Iris,  
Multorum

*Multorum insignis vario splendore colorum.*

*Iris habet varios subiecta luce colores:  
Quam Sol imbrifera fulgens de nube creauit,  
Cum pepulit radys obstantia nubila claris.*

*Luce repentina cum Sol impleuit aquosas  
Aduersus nubes: effulget protinus Iris  
Picta veste decens, & multicoloribus alis.*

### DE ORTV SOLIS

#### TETRASTICHA.

*Aurora Oceanum croceo velamine fulgens  
Liquerat, & bijugis veela rubebat equis.  
Luce polum nitida perfudit candidus orbis,  
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.*

*Roscida puniceo Pallantias exit amictu,  
Astrigerum inficiens luce oriente polum.  
Sol insigne caput radiorum ardente corona  
Promit, ab auroreis Tethyos ortus aquis.*

*Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol,  
Fugerunt toto protinus astra polo.  
Concessere Deo tenebra, rebus' que colores  
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.*

*Tithoni coniux roseo sub lumine terras  
Inficit, & celum lutea sidereum:  
Cum Soligniferos currus è gurgite magno  
Sustulit, & claris astra fugauit equis.*

Nox